

bri adacti : uberior denique viris doctis omnis generis & variæ ætatis Orientalium scriptorum parta supplex : quorum plurimum inaudita penitus fuerant Latinis auribus nomina , nedum obscura opera , luce digna , & utilissima Ecclesiæ orthodoxæ : eo proinde factum , ut Vaticana Bibliotheca , quæ olim Latinis præsertim , Græcisque Voluminibus ditissima habebatur , nova cura a CLEMENTE XI. suscepta , tot tantisque Orientalibus locupletata Codicibus , longe instructissima , nec ulli , tota Europa & Asia , secunda memoretur . Mihi vero operam qualemcumque meam in hisce Voluminibus conquirendis , recensendis , in Latinum convertendis , in publicam lucem evulgandis , impendenti , uberrimus laborum fructus constitit : liberalis enim Princeps contulit & amplissima subsidia , ita ut totum id , quod sum , primarius nempe ejusdem Bibliothecæ Custos , & Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ Canonicus , CLEMENTI XI.